4723 Carinolae non longe ab ecclesia.

TI · IVLIO · TI · F · FAL
ITALICO
7 LEG · VII · MACEDON
7 LEG · XV · PRIMIGEN
7 LEG · XIII · GEM · P P
DECVRI

Recognovi descriptam a Brunnio. Novit titulum sic, ut nunc cernitur, mutilum iam Ligorius, sed ipsum non protulit, protulit exemplum male interpolatum, quod dedi in falsis n. 568*. Menna Carinola (1848) 1, 43; Henzen *Bull. dell' inst.* 1855 p. XXIV, syll. n. 6768.

Ligorius sic dedit: DIS MANIBVS SAC | TI·IVLIO TI·F·TER·ITALICO PRISCO | C LEG·VI·MACEDON· C·LEG·XV | PRIMIGENIAE QVAE VIX·AN·LXVI | MENS·VII D·VIIII | TI·IVLIVS TI·F·TER·PRIMVS | EX TESTAM· P·I | IN AGRO PEDES XVI IN FRONT·P·XX | OLLAR·ET SARCOPH·NVM·IN HYPOG·XXX | H·M·D·M·A. Mennae exemplum hoc est: TI...IVLIO TI...F... IAEL... ITALICO LEG...VII MACEDON... LEG: XII PRIM... GEN... LEG: XIII GEM... P... O... S...C... G...M...P... — Legiones Macedonicae quarta et quinta ut notissimae sunt, ita septima ex uno hoc titulo innotuit, nona ex uno Attico (vol. III n. 551 cum adn.). Videntur autem hae esse septima sive Claudia sive gemina et nona Hispana, Macedonicae inde appellatae quod et ipsae proelio Philippensi interfuerunt. Legio XV primigenia fuit ex iis quas Vespasianus exauctoravit; hic igitur titulus antea perscriptus est.

4724 [= 3902] litteris pravis et inaequalibus et deterioribus iis quibus scriptus est alter n. 4725 PELL. Rep. in fundo quodam regionis Majorise eunti via Appia a Capua Sinuessam ad dextram M p. a Capua PELL.; deinde Capuae in angulo vicorum S. Martini et Eboli vidimus PRATILLIVS et EGO. Nuper venit in museum Campanum.

AE*TERII*
MINVCIO · AETERIO
FABENTE · MAIESTATE
DEI · TRACTATVM · MENTIB
VS · NOSTRIS · ESIT · MERITA · EIVS · OMNI *sic*
urceus BVS · ONORIBVS · GESTIS · PATRIE · NOSTRE patera
ETIAM · ET · IN · VRBE · SACRA · ADMINISTRATI
ONEM · ADMINISTRAVIT · DIGNO · PATRONO · CENTO
NARI · STATVAM · *ante* SEDEM · DEI · PONENDAM · CENS
a d VI · IDVS · MAIAS · LVPICINO · ET
IOVINO V*u cc cos* p. C. 367

Descripsi recognovique. Pellegrinus p. 461. 765 (inde Gudius ms. 789, 1, ed. 132, 2; Ajossa ms. apud Mazochium, qui citat Ajossae schedas ad hanc in add. ad Pellegrinum ed. Gravier. 2, 281; Pratilli p. 253).

1 nunc totus fere evanuit. — 8. 9 CENTO AVRI pro CENTONARI Pell. qui male intellexit de castello quodam Capuano *Cento* dicto. — *ante* SEDE*m dei* Pell., qui litteras minutas ex incertis vestigiis se addidisse scribit. — 11 *io*VI*no uu. cc. coss* Pell. eadem notans quae supra de litteris minutis.

Aeterii. Minucio Aeterio. Fabente maiestate dei tractatum mentibus nostris es[t] merita eius: omnibus onoribus gestis patrie nostre etiam (et del.) *in urbe sacra administrationem administravit. Digno patrono centonari statuam [ante] sedem dei ponendam cens(uerunt) [a. d.] VI idus Maias Lupicino et Iovino v[v. cc. cos.]*

4725 [= 3901] magnus lapis minimarum litterarum et abolitarum, quem quia properabam ad Umbriam describere non potui AVG.; litteris minutissimis PELL. Capuae AVG.; prope aedem S. Bartholomaei apostoli PELL.; sub arcu gravi HOLST.; sub arcu in eccl. S. Bartholomaei PRAT.

C · MINVCIO · AETERIO · SEN · INDVSTRIO · VIRO
CVNCTVS · POPVLVS · CIVITATIS · FOROPOPILIENSIVM
LABORIBVS · TVIS · PATRIAE · NOSTRAE · GENETALIS · INDICAT
MAIOREM · HONOREM · DIGNVS · CVRIAE · ET · POPVLI
PATRONVS · FILIOS · PRIMOS · IN · ORDINE · NEPOTES
urceus DIEM · MAGISTRATV OSIVRIVEN IAM · ACCEPISTI patera
TIBI · DIGNO · PATRONO · CVNCTVS · POPVLVS · VNA · CVM
LIBERIS · NOSTRIS · STATVAM · LOCO · CELEBERRIMO
PATRIAE · NOSTRAE · PONENDAM · CENSVERVNT
. . . .
. . . .

Augustinus 3528 f. 45 principium dedit; totam protulerunt Pellegrinus p. 460 (inde Gud. ms. 788, 2, ed. 132, 1) et Ajossa in schedis Mazochii, qui inde quaedam protulit in ed. Gravier. apparatus Pellegriniani II p. 281. Holstenius ad Cluver. p. 259 ait se vidisse cum Pellegrino. Pratilli p. 254 interpolavit.

1 C·MINVCI CATERIO SPHINIVS·TRI·VIR Aug. — 2 FORO...PILIENSIVM, 3 PATRIAE] FABRI, hic desinens, Aug. — SVIS Ajossa. — 6 MAGISTRATVOS VIRI VENIAM Ajossa. — 7 CVNCTVS Ajossa et inde Mazochius in ed., VNITVS Pell. — In fine integram repraesentat Ajossa, adiecit litteras solitarias ......DED....A....N...O....I...OS Pratillius interpolans.

C. Minucio Aeterio sen(iori) industrio viro cunctus populus civitatis Foropopiliensium. Laboribus tuis patriae nostrae genetalis indicat maiorem honorem. Dignus curiae et populi patronus filios primos in ordine, nepotes diem magistratu[s sui opperientes?] iam accepisti. Tibi digno patrono cunctus populus una cum liberis nostris statuam loco celeberrimo patriae nostrae ponendam censuerunt.

4726 [= 2604] litteris rudibus. Reperta Carinolae MAR. (ed.; schedula ipsius Dan. manu scr. loci indicatione caret). E museo Danielis transiit in Neapolitanum.

MVNATIA
REDDITA SA
CERD XV VIR
urceus TAVROBOL patera
FECIT
XII · KAL · DEC
GLABRIONE
II COS p. C. 186

Descripsi et recognovi. Daniele apud Marinium cod. Vat. 9128 f. 16, Arv. p. 361; Minervini inscr. mus. Borb. p. 42 n. 66; Fiorelli cat. n. 1071. Orelli 2199.